

34

IENENSIA
NOTATV DIGNIS OBSERVATIONIBVS
EXPOSITA,

ILLVSTRI
ACADEMIAE IENENSI,
IVBILAEVM

A. MDCCLVIII. D. II. FEBR. ET SQQ.
CELEBRANTI,

CANDIDE GRATVLANDI STUDIO
OBLATA

A
GYMNASIO LVBECENSI.

INTERPRETE
IO. HENR. A SEELEN,

SS. THEOL. LIC. ET GYMN. LVDEC. RECT.

LVBECAE.
TYPIS IO. NICOL. GREENII,
MAGN. SENAT. TYPOGR.

34



84

NOTATA DIGNI OBSERVATIONIBUS
JENENSIA

LIBRILLAEVM

GYMNASIO IYBECENSI

1712 IO NICOL GRENII
HAB. LXXXV. 1712.



ru
ho
fu
di
C
ti
eg
pu
af
m
ho
do
ifi
tu
o
ri
a
e
h
b





irarentur haud dubie, VIRI, MAGNIFICE,
SVMME VENERABILES, ILLVSTRES,
CONSVLTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
EXCELLENTISSIMI, CELEBERRIMI,
qui Prorektoris ac Professorum publico-
rum munia laudatissime administratis, non pauci, qui
hodieque vivunt: mirarentur forte posteri, merita Ienen-
sium in Lubecenses haud difficulter e variis documentis fide
dignis cognituri, si, cum *Iena* iubilet, *Lubeca* plane taceret.
Constat enim, quod haec ad illam filios suos dudum frequen-
tissime miserit: Salana vero Musarum sedes eos remiserit tam
egregie formatos, tamque insigniter literis instructos, vt rei-
publicae maxima attulerint decora, hodieque summa cum laude
afferant, viros ea effulgentes dignitate & praestantia, vt colu-
mina vrbis & lumina summo queant iure appellari. Habetis
hodieque inter cives Vestros tot Lubecenses, quot nulla Aca-
demia alia, quamvis plures illis non omnino careant. Atque
istos Vobis, FAVTORES HONORATISSIMI, merito gratu-
lamur, quoniam minime sunt ex iis, qui Academias non
ornare, sed onerare solent: verum optimae indolis, qui pulcher-
rime ad sapientiae, tam divinae, quam humanae, ornamenta
amplificanda adspirant; cuius rei ergo ad Vos ipsos, testes omni
exceptione maiores, provocare, nulli dubitamus. Sunt inter
eos, quod non sine voluptate licebit commemorare, qui iam
hic, & deinceps apud Vos, publicis demonstrarunt specimini-
bus, calculo haud destituti, quanto literas optimas studio sint
con-

condecoratūri. Hi sine dubio gaudebunt, quod eo ipsis tempore licuerit esse Ienae, quo illa post ducentos feliciter exactos annos Iubilaeum decentissime splendidissimeque celebrat. Quid illis erit gratius, quam interesse his solennitatibus, & almae studiorum matri raram hanc felicitatem congratulari? Facient hoc lubentissime, non ii tantum, qui Iubilaeas iam Orationes in patria pro rostris habuerunt, optimae notae literarum cultores, BALTHASAR MYNTER ac CHRISTIANVS NICOLAVS CARSTENS, & ille quidem de *Transactione Passaviensi*, hic de *Iubilaeis Lubecensibus*, ambo magnam inde laudem consecuti, qui in ipso aetatis flore experti sunt, quanta in actibus Iubilaeis probitas, aequitas, iucunditas; verum reliqui etiam Lubecenses Ienae hoc tempore commorantes, qui eximia rerum bene gestarum fama magis magisque inclarescunt ita, ut eorum laus Ienae acquisita ad nostras quoque aures perveniat. Nos cum omnibus, & exteris & indigenis, publico scripto ad Iubilaeas solennitates invitatis, facile ad ludos triumphales literarios, ut ipsi scite eos vocatis, convenimus, non corporibus quidem, animis tamen, qui ut omnia fauste ac feliciter eveniant, Academiaeque Vestrae ad maximum valeant honorem, ad peroptatum incrementum, tam candide vovemus, ut nemo possit candidius. Pignus integritatis sint ipsa *Ienensia*, quae uti decenter offerimus, ita Vobis non ingrata futura esse, speramus.

I.

*Colloquium a LVTHERO Ienae cum
CAROLSTADIO habitum.*


Occasionem huic Colloquio dedit Electorale mandatum, quo iussus est vir summus, MARTINVS LVTHERVS, Ienam adire, ibidemque publice admonere populum, ut ab erroribus Fanaticorum, omniumque falsas doctrinas spargentium & defendere conantium, sibi caveat. Paruit LVTHERVS, d. 22 Aug. 1524.

1524 accessit Ienae, ibidemque pro concione dixit contra homines seditiosos & Sacramentarios, quos spiritu heroico redarguit, & impia eorum dogmata masculè refutavit. Interfuit sermone ANDREAS BODENSTEIN CAROLSTADIVS, qui eodem tempore Ienae commorabatur; suoque docuit etiam exemplo, quid mala conscientia possit operari. Persuasum enim sibi habebat, LVTHERVVM tetigisse ipsum, etsi eum non nominasset; quod ille deinceps in Colloquio semper urget. Potiora autem Concionis LVTHERI momenta erant: pessimi fructus spiritus seditionis & caedis: Imaginum Tempora ornantium destructio: doctrinae de Sacramentis, & praesertim S. Coena, depravatio. CAROLSTADIVS, se tactum putans, colloqui idcirco cupiebat cum LVTHERO, qui haud difficulter eum admisit. Instituebatur idcirco Colloquium praesentibus aliis, quos inter erat MARTIN. REINHARDVS, Ecclesiastes Ienensis, qui istud literis consignavit. In hoc primum Concionis argumentum plane a se studet removere, nihilque eum turbulentis hominibus sibi esse commercii, profiteatur, quamvis res ab eo gestae demonstrarent, quod non possit ab hoc crimine liberari. Quod ad alterum argumentum attinet, LVTHERO quaerenti: *Da eure Lehre recht und aus Gott war* (hoc autem in antecedentibus affirmare ausus erat CAROLSTADIVS), *warum brach denn euer Geist nicht durch, da ihr zu Wittenberg die Bilder zerbracht*, respondet: *Das habe ich nicht allein vorgenommen, sondern die drey Räte, und euer Gesellen etliche, die beschlossen es: darnach zogen sie die Köpfe aus der Schlingen, und ließen mich allein stehen.* (1) Quasi vero multitudo errantium pariat errori patrocinium. Tertium argumentum de S. Coena audet defendere, iactantius, quam verius, loquens, quod doctrinam suam contra LVTHERVVM velit asserere publico scripto, dummodo is eidem divulgando non obstitit. Hic vero de causa sua certus, imo certissimus, non forti & imperterritum tantum animo provocavit CAROLSTADIVM ad propositum suum exequendum, verum etiam in ipso Colloquio, praesentibus testibus, ei dedit aureum Nummum, pignoris nimirum loco, quod nequiquam vellet impedire, quo minus Scriptum, contra se dirigendum, in lucem prodiret. Quam parum enim

a 3

refor-

(1) Vid. LVTHERI Opp. Ien. T. II, fol. 448. b, edit. 1572.



reformidarit CAROLSTADIVM, vel hoc docet illius alloquium: *Frisch her! Habt ihr etwas, so schreibets frey heraus - - - Schreibet wider mich öffentlich, und nicht heimlich* (2). Et post datum atque acceptum Nummum: *Je tapfferer ihr mich angreiffet, je lieber ihr mir seyn sollt* (3). De oblato Nummo hoc, quem IOACH. HILDEBRANDVS (4) *arrham futurae litis* vocat, non omnes aequae benigne iudicarunt. Alii vero, quod nihil infit huic facto reprehensione dignum, idoneis rationibus ostenderunt, e quibus, praeter VAL. ERN. LOESCHERVM (5), IO. GEORG. NEVMANNVS (6) nominari meretur. Dolendum autem est, quod in emendendo CAROLSTADIO & Concione & Colloquio parum, vel nihil, LVTHERVVS profecerit. Legitur hoc Colloquium T. II. Ien. fol. 446. b fqq. T. II. Altenb. p. 797 fqq. & alibi. Praebuit vero istud etiam vener. IO. GEORG. WALCHIVS, in cuius editione (7) Operum LVTHERI omnium praestantissima hic ei praefixus est titulus: *Die so genannten Acta Ienensia, oder MARTIN REINHARDS, Predigers zu Iena, Bericht von der Handlung zwischen D. LVTHERN und D. CARLSTADEN, zu Iena geschehen mens. August. 1524.* Optandum fuisset, ut REINHARDVS idonea semper fide scripsisset, neque a IO. ALB. FABRICIO (8) CAROLSTADIO favens diceretur, eiusque fides idcirco magnis viris, VIT. LVD. a SECKENDORF (9), WALCHIO (10), & pluribus, non esset suspecta. Vnde miratur CHRIST. EBERH. WEISMANNVS (11), quod Acta haec Tomis LVTHERI sint inserta. Esto autem, quod Relatio de hoc Colloquio suis non careat naevis, dubitari tamen non potest, Ienae istud habitum, & ad ipsius memorabilia iure meritoque esse referendum. Quam procul autem in hoc Colloquio ab humanitate se removerit CAROLSTADIVS, docent, quae scripsit

(2) loc. cit. fol. 449. a.

(3) ibid. fol. 449. b.

(4) Hist. Concilior. p. 309.

(5) Hist. Mot. P. I. p. 31.

(6) Orat. de Nummo aureo, quo Lutherus Carolstadium ad certamen provocavit. Wittenb. 1692. 4.

(7) P. XV. col. 2422 fqq. Relatio Reinhardina in editione Operum LV.

THERI Lipsiensi Tom. XIX. p. 148 fqq legitur.

(8) Centifol. Lutheran. P. I. p. 88.

(9) Commentar. de Lutheranism. Lib. I. §. CLXXIV. p. 302.

(10) P. XV. Script. Luth. col. 2432.

(11) Introd. in Hist. Eccl. N. T. P. I. p. 1417.

scripsit LVTHERVS (12): Zu JENE in der Herberge, da wir von der Sache redeten, und er sein Ding aufs allersterckeste zu vertheidigen sich verbies, wand er das Maul und schlug mir ein Klipplin, und sprach: Umb euch ist mir nichts. Neque modestiora indicant, quae idem annotavit LVTHERVS (13): Das ist, das sie so bönsich von der Lehre des Glaubens und der Liebe reden, wie mir auch D. CARLSTAD selber zu JENE unter Augen fürwarff. Quam levibus, imo levissimis, vtatur argumentis, observavit itidem LVTHERVS (14) his verbis: Si istis argumentis praesertim te moveri, non fuisset tecum pactus de hac re disputare. Quid enim obstat, quo minus usque ad finem mundi omnibus horis talium argumentorum multa plausura producas, quae scias nihil ad rem facere, & tempus & opus melius interim impedire? & rel. Quod falso e Colloquio hoc concludatur, LVTHERVM esse primum controversiae Sacramentariae auctorem, non vero CAROLSTADIVM, solide evicit WALCHIVS (15), de toto Colloquio hoc omnino legendus, quocum FABRICIVS (16), HILDEBRANDVS (17), WEISMANNVS (18), poterunt conferri.

II.

Merita Ienensium in LVTHERI Opera & Scripta.

Ienensium nomine intelligo vel ipsam Civitatem, vel Viros, qui in eadem aut ad finem vsque vitae, aut per aliquod tempus, publice docuerunt. Ad immortalem vero Ienae valet laudem, quod ibi incomparabilis LVTHERI Scripta pleraque non typis solum egregiis sint excusa, sed celeberrimi etiam Theologi Ienenses praeclare admodum de iisdem sint promeriti.

De Tomis Ienensibus sic scribit DAN. SPRINGINSGVTIVS (19), Ecclesiastes Wismariensis, vniuersalem omnium LVTHERI Operum Indicem molitus (20): Sedula inquisitione didici, longe plures, quam duas,

(12) P. I. wider die Himml. Prophet. T. III. Ien. Germ. fol. 46. b.

(13) loc. c. fol. 56. a.

(14) Epist. ad Carolst. ap. Io. Anri-fabrum T. II. Epp. Luth. fol. 203. a., vbi cum LVTHERVS Ienense Colloquium respiciat, haec in margine scripsit AVRI-FABER: Ihenae inter Lutherum & Carl-stadium descriptione & disputatione factum

fuera Anno 1524. Hoc Colloquium in 2. Germ. Tom. Ibe. invenitur folio 462. a. b.

(15) Introd. P. XX. p. 14199. Conf. P. XXIV. col. 562199.

(16) l. c. P. I. p. 88199. P. II. p. 571199.

(17) loc. cit. p. 308199.

(18) l. c. edit. fec.

(19) Vid. meas Delic. Epist. p. 250.

(20) loc. cit. p. 241199.

duas, Tomorum Ienensium editiones esse. Tomi Ienenses Latini, quantum mihi constat, tribus vicibus sunt typis exscripti, non sine insigni foliorum mutatione. Germanici sexies sunt impressi, quarum editionum prima & secunda omnimodam differentiam, ut notum est, sibi appropriat. Caeterae cum secunda, sed non in omnibus Tomis, recurrunt. Non omni itaque caret difficultate Tomos Ienenses sic recensere & collocare, ut ordo, discrimen, anni accurate semper indicentur, cum Tomi, vel hi, vel illi, diversis vicibus sigillatim sint recusi, quando nimirum, ut videtur, exemplaria eorum diffracta adeo, ut copia illorum amplius fieri non potuerit. Sed optimam huius rei notitiam desiderantem nemo iuuit melius, etsi hic quoque nodos aliquos Gordios inuenerit, quam Theologus Ienensis de Scriptis LVTHERI immortaliter meritus, IO. GEORG. WALCHIVS, Tom. XXIV. Opp. Luth. p. 629sqq, ubi editionum Ienensium (quarum rarissima sine dubio est ea, quae an. 1564 prolata, in Bibliotheca Cyprianica p. 32 commemoratur, quam se non vidisse, viri res etiam Lutheranas sedulo scrutati fassi sunt, causarum raritatis huius ignari) historia magno consignata studio reperitur, vnde, quae breviter annotavit SPRINGINSGVTIVS, copiose possunt suppleri. Pereximie huc etiam facit eiusdem *Lutherus Ienensis*, qui Miscellanea Lipsiensia nova (21) ornat. Nobis sufficiet, selecta modo annotasse, & ex *Ausweis* quidem magis, quam e relatione aliorum. Neque opus erit, omnia dare Tomorum Ienensium contenta, cum hoc labore percelebris literator Helmeftadiensis, IO. FABRICIVS (22), studiosissime sit defunctus.

Editionis, qua vtor, Operum Germanicorum Ienensis Tomus I. prodiit 1575. II. 1572. III. 1573. IV. 1560. V. 1575. VI. 1578. VII. 1562. VIII. 1562, & diversis quidem typographis, vnde licet concludere, quod hi Tomi omnes non sint vna serie prelo submissi, sed huius vel illius defectus novam editionem postulaverit. Typorum adhibitorum elegantia laudem meretur, praesertim, si temporis habeatur ratio. In fronte totius Operis apparent I. *Vorrede NICLAS von AMSDORFF*. 2. *Vorrede D. MART. LVTHER* über den ersten Theil seiner Deudschen Bücher, Anno MDXXXIX *ausgangen*. Vtraeque Praefationes dignae sunt, quae ob praeclara & notabilia, quibus in-

Ienensis

(21) Vol. IV, P. I, p. 220sqq.

(22) Histor. Biblioth. P. I, p. 397-461.

Ienensis Operum Latinorum editio, quam in Bibliotheca Ostermeie-
riana evolvi, vnum quidem eundemque offendit typographum Ienensem,
Tobiam Steinmannum, qui sumtus etiam impendit; at diversos an-
nos, quibus partes prodierunt. Sic Tomus I, scripta ab anno XVII vs-
que ad XX continens, habet in titulo annum 1612: Tomus II, scripta
ab anno XX vsque ad XXIV complectens, 1600: Tomus III, scripta ab
anno XXIV vsque ad XXXVIII comprehensens, 1603: Tomus IV,
scripta ab anno XXXVIII vsque ad XLVIII exhibens, 1611; cuiusmodi
exemplar, citato plane simile, possedisse olim IO. FRID. MAYERVM, e
Biblioth. Mayer. p. 79 cognoscitur. Ad hanc numerorum in titulis di-
versitatem spectant haud dubie verba Walchiana l. c. col. 640: *So wer-
den auch Exemplarien angezeigt, deren Theile nicht in gehöriger Ordnung und
binter einander gedruckt zu seyn scheinen, sondern, wie es scheint, mag man
nur ein und den andern Theil wieder unter die Presse gegeben haben.* Tomo
primo praefixa est NICOL. AMSDORFII Praefatio, e Germanico in La-
tinum sermonem conversa, in qua tum de rebus aliis, tum de magne
etiam Scriptorum LVTHERI vsu differitur.

Est inter libros meos Operum LVTHERI Latinorum editio, cuius
Tomum primum 1556, secundum 1557 Ienae *Christianus Rhodius* excu-
dit; Tomus quoque tertius 1557 & quartus 1570 typis *Rhodianis* prodie-
runt. Praefixum est Tomo primo IOHANNIS FRIDERICI I, Electoris
Saxoniae, Privilegium, in arce Grimmenstein 1554 datum (23), in quo
LVTHERI opera ac monumenta nondum publice edita, una cum reliquis eius
Scriptis, etiamsi ante impressis, prelo subiiciendi facultas conceditur. Ad-
dita est, post Patris obitum, Principum filiorum, necessariam eandem ob-
puram & incorruptam Evangelii doctrinam iudicantium, Confirmatio,
Vinariae 1554 data. Hanc Praefatio Amsdorfiana sequitur.
Ienensis haec editio multa Exegetica continet.

Editionis Operum Latinorum Ienensis 1579—1583 meminit
citatus IO. FABRICIVS (24), contenta eius diligenter recensens.

Iena sibi quoque vindicare potest honorem, quo *Epistolarum LV-
THERI* in lucem protractarum factum est initium, siquidem IOHAN.
AVRIFABER Tomum primum *Epistolarum* reverendi Patris MARTINI
LVTHERI ab anno millesimo quingentesimo septimo vsque ad annum vicesimum
secun-

(23) Extat etiam in editionis Operum *die Ienaischen Theile der Schriften Lutheri.*
LVTHERI Lipsiensis T. XXII. p. 122 sqq. Anno 1554.
Privilegium der Hertzoge zu Sachsen über (24) l. c. p. 397 sq.

secundum excudi curavit Ienae 1556. 4. Laudandus omnino est ipfius conatus, etfi varia adverfus eum fint monita, quae more fuo. i. e. accurate, WALCHIVS (25) annotavit. Laudandum, iudicat IO. ALB. FABRICIVS (26), IOANNIS AVRIFABRI studium, laudanda fides, qua Ienae An. 1556. 4. Epiftolas CCLIII Luthevi ab An. 1507. ad 1521 edidit, nec non altero volumine, Ileb. 1565. 4. ab An. 1517. ad 1528. Epiftolas CCCCVIII. Quaquam enim maiorem in ea accuratorem defiderat venerandus D. IO. FRANCISC. BVDDEVS (27) Praefatione ad Supplementum; tamen multum AVRIFABRO debemus, fine cuius industria fi fuiffet, tam multa praeclara animi fideique Luthevi documenta fortaffe adhuc laterent. Rectiffime de Epiftolis LVTHERI iudicat WALCHIVS (28): Die Briefe felbft faffen viele brauchbare und fhöne Sachen in fich, und find fo eingerichtet, daſſ man ſie mit groſſem Nutzen leſen kan. Idoneis hoc argumentis in fequentibus luculenter demonſtrat (29), neque tamen inficiatur, quod LVTHERVS fuerit homo, adeoque in his etiam Epiftolis interdum, at raro tamen, humani quid paſſus fit, propter quod duras illas cenſuras, quibus aliqui idcirco eum excipere, non dubitarunt, minime meruerit.

IOHANNES CHRISTFRIEDVS SAGITTARIVS Ienenſium numero neququam eſt excludendus, ſiquidem ante, quam abiret Orlamundam, & hinc Altenburgum, vbi Praefulis ſupremi munere laudatiſſime functus eſt, Ienae Profeſſoris publici ſpartam valde ornavit. Inſtar omnium provocare hic licet ad ipſius *Otium Ienae* (30), librum ſane multa doctrina reſertum, ex quo vel ſolo liquet, quam praeclare res ſuas in Academia Salana egerit. Is vero deinceps ad Opera LVTHERI edenda laudatiſſimo ſe conſilio accinxit, vnde nata praeclariffima editio Altenburgenſis, cuius Tomi I. II. III. IV. 1661. V. VI. VII. VIII. 1662. IX. 1663. X. 1664. prodierunt. Ad hanc perficiendam adhibitos quoque eſſe Tomos Ienaeſes, haec in fronte obvia verba: *Aus denen Witzbergiſchen, Iehnſch- und Eiſtlebiſchen Tomis zuſammen getragen, clariſſime docent.* Omnium accuratiſſime hoc declarat WALCHIVS (31), de

(25) Vid. Praef. ad P. XXI, Opp. Luth. pag. b. ſq.

(26) Centifol. Luther. P. I, p. 207 ſq.

(27) Diſplicet ei in primis, quod codice Epiftolarum Ienaeſis minus recte uſus ſit,

(28) l. c. pag. c. 2.

(29) Add. omnino, quae egregie ſcribit in Vit Luth. P. XXIV. col. 820 ſq.

(30) Plura annotavi de hoc libro in Schediaſmate, quod *Otia abſque Otio* in ſcriptis, p. 12 ſq.


(31) Vit. Luth. col. 654.

de editione Altenburgensi sic inter alia commentatus: Die Aufsicht wurde IOH. CHRISTFRIED SAGITTARIO aufgetragen, der auch allen rühmlichen Fleiß dabey angewendet. Das Werck begreift nur die Deutschen Schriften LVTHERI in sich. Die Ienischen Theile sind gleichsam zum Grunde geleget (32), und wie bey jenen geschehen, die Schriften nach den Jahren, in denen sie heraus gekommen, gesetzt; dajenige aber, so in den Ienischen fehlet, aus den Wittenbergischen und Eislebischen Theilen, auch nach der Ordnung der Jahren, einverleibet worden. Die Schriften Lutheri, die niemahls ins Deutsche übersetzt gewesen, sind, einige Briefe ausgenommen, unübersetzt geblieben, und dabero müssen diejenigen, welche Lutheri Schriften besammeln haben wollen, zu diesen Altenburgischen Theilen die Ienischen Lateinischen Theile nehmen. Cum his praemissae Tomo primo IO. AVRIFABRI, PHIL. MELANCHTHONIS atque ipsius SAGITTARII Praefationes, e Tomis Wittenbergenfibus & Islebiefibus, vna cum aliis repetitae, conferantur, & dicta Walchiana vberius confirmantur, praedicata etiam maxima serenissimorum Saxoniorum Principum in Scripta LVTHERI merita inueniuntur. Tomo secundo PHIL. MELANCHTHONIS Dedicatio ad OTTONEM HENRICVM, Electorem Palatinum, est praemissa. Tomus tertius in fronte habet eiusdem MELANCHTHONIS ad IOHANNEM, Marchionem Brandenburgerensem, Dedicacionem, in qua CASP. CRVCIGERI, GEORG. ROERERI atque GEORG. MAIORIS opera Scriptis LVTHERI edendis navata laudatur & de Conciliorum in rebus fidei auctoritate differitur. Tomo quarto praefixa est eiusdem MELANCHTHONIS ad PHILIPPVM, Pomeraniae Ducem, Dedicatio, in qua hostium veritatis, LVTHERI scriptis propulsorum, mentio iniicitur. Tomi quinti ad IOACHIMVM, Principem Anhaltinum, Dedicatio, a MELANCHTHONE itidem consignata, GEORGIVM Anhaltinum, veritatis Lutheranae confessorum, celebrat. Tomus sextus profert eiusdem MELANCHTHONIS ad GEORGIVM ERNESTVM, Principem & Comitem Hennebergerensem, Dedicacionem, in qua LVTHERI libri Concionatoribus legendi commendantur & Christianae, simulque Lutheranae, religionis veritas inculcatur. Tomus septimus IOHANNI GEORGIO ac IOHANNI ALBERTO, Comitibus Mansfeldensibus, dedicatus a GEORG. MAIORE, fata Ecclesiae

b 2

sum-

(32) Ipse hoc non diffidetur SAGITTARIUS, diferte in Praefat. scribens: Die Ienischen Tomi, welche nach den Jahren geschrieben, sind gleichsam zum Grunde gehalten worden.



summatim recensente. Tomus octavus instructus est IO. AVRIFABRI, qui simul hunc Tomum CAROLO, Comiti Mansfeldensi, consecravit, MART. LVTHERI ac GEORG. RORARI Praefationibus, in quibus varia de Religionis decremento ac incremento, de Luthero ipso, & alia ad depravatæ doctrinæ emendationem spectantia, edisseruntur. Tomo nono, Commentarium in Genesin complectenti, praemisit BASIL. FABER elogium huius Commentarii, quem omnium LVTHERI librorum optimum esse, censet. Tomum decimum ornant serenissima nomina, MAGDALENÆ SIBYLLÆ, FRIDERICI WILHELMI III, ac IO. HANNAE MAGDALENÆ, Principis ac Principum Saxonicarum, quæ iisdem praeposuit SAGITTARIUS, & incomparabilia simul merita in religionem Lutheranam, tam copiose, quam praeclare, concelebravit. Continet autem hic Tomus Indices, magno labore & studio confectos, qui libris LVTHERI commode in usum convertendis egregie possunt inservire. In Praefatione Tom. I. scribit, inter alia, SAGITTARIUS:

Ich habe mein in meiner Jugend über erwähnte Schriften verfertigtes Register nochmahln durchgesehen. Quis dubitabit, quin temporis, quo LVTHERI Scriptis diu invigilavit, partem etiam quandam anni lenæe consumti sibi possint vindicare? Editionum Ienensium adeo non oblitus est, ut potius de annis, quibus excusæ sunt, T. X. p. 1207sq. ad cognoscendam earum differentiam vtilia annotarit. Merita in LVTHERI Scripta amplificasset SAGITTARIUS, si, quod in animo habebat, novam Epistolarum illius Collectionem evulgare potuisset, neque huic labori fuisset immortuus (33). Legi utique de hac editione meretur WALCHIVS (34), cui ad laudem quoque valet, quod GODOFR. ARNOLDVMS (35), de eadem sinistre & abiecte iudicantem, refutarit.

IOHANNES FRANCISCVS BVDDEVS, Theologus Ienensis, cuius fama longe dudum lateque vagata est, assiduorum laborum partem quandam LVTHERO etiam consecravit. Edidit enim *Supplementum Epistolarum MARTINI LVTHERI, continens Epistolas CCLX, partim hætenus ineditas, partim editas quidem, sed hinc inde dispersas, & in Tomis, quos IO. AVRIFABER edidit, non extantes, nunc autem collectas. Accedit Dissertatio praeliminaris de aucta insigniter per recentissimas quasdam Epistolarum Collectiones re literaria & ecclesiastica.* Hal. 1703. 4. Quod hoc Supplementum sub

(33) Conf. WALCHII Opp. Luth. P. XXI. Praef. pag. b. Access. ad P. XXIII. p. 20. Add. Theolog. Bücherkaal Vol. I. p. 595.

(34) Vit. Luth. col. 654 sqq.

(35) Hist. Haeref. T. II. L. 16. c. 5. §. 33.

sub alio titulo: *Collectio nova Epistolarum MARTINI LVTHERI, occasione Iubilaei Evangelici in lucem data, 1717 comparuerit: BVDDEVS* Codice Ienensi MSto vsus, eundemque accuratissime secutus sit: novam quoque Praefationem, in qua iniqua Diarii Gallici (*Journal des Savans*) censura refellitur, addiderit, annotatum legimus (36). BVDDEVS quoque novo Scriptorum LVTHERI Tomo, Hal. 1702, fol. edito, lectu dignam *vom rechten Gebrauch der Schriften LVTHERI* praemisit Praefationem, vilia de lectione & vsu horum scriptorum monita suppeditantem. Repetita illa est in Supplemento editionis Operum LVTHERI Lipsiensis p. 123sq. Vtinam prodissent duo Scriptorum LVTHERI Tomi Latini, de quibus ZEIDLERS (37): *Von der Hand des Herrn BVDDEI sind zweene ganz e Lateinische Tomi mit Gottes Hülffe zu erwarten*; sic merita sua in LVTHERI monumenta non parum auxisset.

Vt recentissima, sic quoque instructissima sine dubio omnium est editio, quae XXIV Partibus, totidemque Voluminibus in 4, elegantibus typis & sumptibus Iohannis Iustini Gebaueri Halae Magdeburgicae 1740-1750 lucem aspexit. Debemus hanc saepius laudato Ienensium hodie Theologo primario, IOHANNI GEORGIO WALCHIO, qui incredibili eam studio adornavit, maximamque illi operam impendit, quibus famae suae & meritis ampliora dedit incrementa, quam mihi licet hac vice exponere. Vnde Walchianos inter labores, quibus docta numero haud exiguo scripta orbis eruditus refert in acceptis, principatum haud dubie semper obtinebit is, quem in Scriptis LVTHERI edendis exantlavit, omnibus genuinis Lutheranis nullo non tempore gratus futurus. Primo volumini praefixus est titulus; *D. MARTIN LVTHERS so wol in Deutscher, als Lateinischer Sprache verfertigte und aus der letztern in die erstere übersetzte sämtliche Schriften*; vicesimo quarto autem, sive vltimo: *D. MARTIN LVTHERS sämtliche Schriften, welche er so wol in Deutscher als Lateinischer Sprache verfertigt, vollständiger, und in bequemer Ordnung: auch mit historischen Vorreden und Einleitungen in vier und zwanzig Theilen heraus gegeben*. Continent autem *Biblica & Exegetica P. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX; Catechetica P. X; Postillam Ecclesiasticam, Domesticam, & alia Homiletica P. XI. XII. XIII; Praefationes, Scripta Historica & Philologica, Versionem Bibliorum Latinam P. XIV; Documenta ad Historiam Reformationis*

(36) Theol. Bücheraal loc. cit. p. 595sq.
I. A. FABRICIVS Centifol. Luther. p. 208.
IO. GOTTFR. ZEIDLERS Praef. ad no-

vum Tomum Script. Luther. pag. c. 2. b.
(37) Praef. cit. pag. c. 4. b. WALCH-
VS Vit. Luth. col. 678. 709.

ſpectantia ab anno 1517 ad annum 1524 P. XV. XVI. 1525-1537. XVII. 1538-1546, nec non *Controversias cum Reformatis, vt & Anti-Pontificia* P. XVIII, XIX; *Scripta contra Sacramentarios, Fanaticos, Iudaeos & Turcas* P. XX; *Epistolae* P. XXI; *Colloquia Mensalia* P. XXII; *Indicem generalem cum Acessionibus nonnullis* P. XXIII; *Vitam Lutheri ac Indices Speciales* P. XXIV. Multa huius Operis, ad praecipua, quae nostro prodierunt saeculo, referendi, sistere possem elogia, si ephemerides literarias vellem excerpere. Vnum sit instar omnium, quod his conceptum est verbis (38): *Der WALCHISCHE Name, wovon dieses Werck pranget, kan einen jeden hinlänglich unterrichten, was er sich von selbigem zu versprechen habe.* Imo vero nihil promisit editor, quod non satis superque praestiterit. Ingredemur itaque campum tam amplum, vt emetiri eundem neitquam possemus, si cuncta, quae in vasto hoc Opere sunt notabilia, vellemus observare; vnde pauca modo breviter licebit annotare. LVTHERI *Commentario in Genesin* tributa maxima encomia WALCHIVS (39) affert copiosius, quam ante eum ab aliquo factum; ipse vero sic tandem recte iudicat: *Es bleibt diese Schrift des seeligen Lutheri ein herrliches Werck, daraus gelehrte und ungelehrte zum wahren Verstand des ersten Buchs Moses so wohl; als auch zur gründlichen Einsicht vieler Theologischer Sachen und zu ihrer eigenen Erbauung grossen Nutzen schöpfen können.* Pars vicesima secunda huius Operis complectitur *Colloquia Mensalia*, quae multi mallent e libris LVTHERI eiecta, quam inter eos conservata. Notum est, quam acerba & dura de iisdem tulerint iudicia Pontificii, e quibus vnicum modo producimus CLAVD. FRASSENIVM (40), sic censentem; *Talmudistae commentitium & fictitium esse docent operis huius (Iobi) argumentum, meramque parabolam Israelitis ad constantiam & virtutem informandis excogitatum: quorum delirio subscribit Marmonides in More Nevoch. part. 3. cap. 22. in eamque insaniam eunt Anabaptistae, nec non & LVTHERVS in Conviviali Sermone, titulo de Patriarchis & Prophetis, ubi scribit, librum, Iobi nomine inscriptum, meram involvere ac referre fabulam perbelle excogitatum ad conciliandam astitit patientiam.* Simili modo alii, qui non impediverunt, quo minus haec *Colloquia* lenae. 1591. fol. cum Praefatione ANDR. STAVGWALDI sint excusa (41), neque a renovata editione potuerunt detertere WALCHIVM, in docta Praefatione idoneas instituti sui causas afferentem. Cognitum scilicet est & perspectum, quod in hoc libro sint

(38) Theol. Bücheraal Vol. I, p. 576.

(39) Praef. pag. b, 3. seq.

(40) Disquis. Biblic. p. 543. (41) Vid. I. A. FABRICII Centifol. Luther. p. 302.

varia, quae nunquam a LVTHERO potuerunt proficisci, cum in scriptis aliis longe aliter sentiat. Quare si dicta sunt a LVTHERO, quae in hoc libro ab eodem prolata perhibentur, is e mente aliorum potius, quam sua, locutus est censendus. Ne dicam, quod verba eius non satis recte capi, aut minus apte intelligi potuerint. Variis itaque modis ob haec Colloquia LVTHERVS fuit excusatus & defensus ab iis, quos IO. FABRICIVS (42), GEORG. HENR. GOETZIVS (43), I. A. FABRICIVS (44), & plures (45), copiose adduxerunt. *Introductiones* in Libros & Scripta LVTHERI atque *Praefationes* a WALCHIO iisdem praemissae, egregiae sunt, singularique elaboratae studio, quae Lectorem insigniter praeparant, eidemque praeferrunt facem, cuius ope perspicit, quae lectionem valde iuvant. *Commentarius de Vita & rebus gestis LVTHERI*, sub titulo: *Ausführliche Nachricht von D. MARTINO LVTHERO*, & diligenter & accurate & copiose est elaboratus adeo, ut recentioribus de LVTHERO Scriptis minime cedat, multis potius palmam praeripiat. *Indices* etiam tanta confecti sunt *ausgezeichnet* ubertate, iudicio, ut Springinsgutanorum, de quibus supra, iacturam haud aegre feramus. Quae cum ita sint, vnusquisque rerum Lutheranarum peritus sponte fatebitur, quod Walchianum nomen per operam LVTHERI Scriptis navatam magnum apud feram quoque posteritatem sit futurum, laudesque Walchianae sint manurae.

Libri ac Commentationes, quibus *lenae* etiam vel elaboratis, vel saltem excusis, varia LVTHERI scripta aut renovata, aut illustrata, aut vindicata, e I. A. FABRICII Centifolio Lutherano p. 23. 26. 50. 62. 90. 101. 119. 120. 121. 122. 129. 183. 284. 296. 299. 307. 308. 310. 311. 315. 316. 320. 324. 325. 326. 329. 338. 353. 354. 362. 366. 367. 368. 369. 388. 395. 404. 450. 460. 469. 471. 572. 591. 592. 598. 602. 642. 750. 770. 789. 792. 794. 800. 839. 841. 852. 856. 881. 883. 912. 917. 918. 923. 931. 933, poterunt cognosci. Addo LVTHERI Scriptum *von heimlich gestohlenen Briefen*, quod DIET. HERMANN. KEMMERICHIVS len. 1731. 8. recudendum curavit & Praefatione *vom Recht und Unrecht der Briefaufbrechens* auxit. Operam scriptis quibusdam minoribus LVTHERI *lenae* a IO. IAC. RAMBACHIO navatam CHRISTIAN. FRID. BOERNERS in Prae-

(42) Hist. Biblioth. P. I. p. 471 sq.

(43) Eclog. Theol. Num Lutherus librum Iobi cum Terentii scriptis & Virgilii Aeneide contulerit? in Meletemat. Anaech. p. 391 sqq.

(44) Centifol. Lutheran. P. I. p. 301 sqq.

P. II. p. 758 sq.

(45) Ex his primo loco nominandus est WALCHIVS, qui non solum in Praefatione Colloquii praefixa, verum etiam in Vita Lutheri col. 818 sq. hoc de momento solide egit.

Praefatione Tom. I. edit. Lips. Opp. LVTHERI p. 2. T. V. p. 9. 15. collaudat. Idem in Praef. Tom. XV. p. 3 sqq. litem ob LVTHERI *Postillam Domesticam* lenae excusam, olim coortam, exponit. Praefationes Ramba-
chianae *von dem Seegen der Schriften LVTHERI*, nec non *von der Vorref-
lichkeit der Schriften LVTHERI*, in Supplemento editionis Operum
LVTHERI Lipsienfis p. 132-144 sunt repetitae.

III.

Varia Theologorum Ienensium MSSa.

Quamvis facile concedam, quod omnia, quae recensero, praestanti-
ssimorum Theologorum Ienensium opera non sint inedita, varia
potius fruantur luce; forte tamen non ingratum erit cognovisse, ubi
manu scripta lateant, unde intelligi poterit, an typorum ope expres-
sis vel augendis, vel confirmandis, queant inservire.

IOHANNIS MVSAEI, magni quondam & doctissimi Theologi Ie-
nensis, *Locorum Theologicorum*, nondum editorum, duo perspicere mihi
licuit exemplaria, haud ineleganter exarata (46), quorum vnum manu
sua scripsit b. pater meus, ERICVS ZACHARIAS a SEELEN, Pastor
quondam in terra ad Albim Kedingensi, quae Ducatus Bremensis pars
est, Afelensis, de quo ex ipsius Philotheca, quam inter cimelia mea asservo,
propitia possum veritate referre, quod tempus haud exiguum (47) Ie-
nae exegerit, ibidemque non magni nominis Theologorum modo,
FRIDEM. BECHMANNI, SEB. NIEMANNI, sed Philologorum etiam,
Historicorum, Philosophorum, IO. FRISCHMUTHI, CASP. POSNERI, IO.
ANDR. BOSII, GEORG. GOEZII, PHIL. MÜLLERI, ERH. WEIGELII
(48), GEORG. SCHVBARTI, VAL. VELTHEMII, IO. FRID. NICOLAI,
fuerit auditor. His omnino addendus est laudatus MVSAEVS, qui quod
eum amaverit, e memorata Philotheca, nomine ipsius quoque exornata,
apparet; quod hic vero illum indefesso audiverit studio &, quae in ca-
lamum dictavit, sedulo exceperit, MSSa, quae penes me sunt, luculen-
ter demonstrant. In his principatum obtinent citati Loci Theologici, de
quorum vno exemplari iam egi in Philocal. Epist. p. 368sq, ubi allata
hic

(46) Si deceret filium, laudare paren-
tem, dicerem, quod pater meus accurate
fatis scripserit, quamvis literarum com-
pendiis, quae vocari solent abbreviaturae,
non raro usus sit.

(47) M. ADRIANO BEIERO, Archi-

Diacono Ienensi, audit *Studiofus industrius,
Inquilinus & Convictor quadriennis sine-
rus*. Sed diutius Ienae cum commemoratum
esse, aliunde cognovi.

(48) Hic eum *Mathematicum cultorem
strenuum* vocat.

hic non repetam, cum ab illis diversa queam dare. Communicavit enim mecum suum etiam, quod possidet, exemplar, M. IOACH. HENR. OSTERMEIERS, Ecclesiastes Travemündanus, quem Generum dilectissimum iure mihi gratulor, quod a meo haud parum differre, animadverti. In ipsa operis *Συναγωγή* dari aliquod discrimen, cognosceatur e titulis, quos eo, quo in hoc exemplari sequuntur, ordine exhibebo. Prolegomena de Theologia in genere. Cap. 1. de Natura Theologiae. p. 1. Cap. 2. de Partibus Theologiae. p. 32. Cap. 3. de Theologiae Principio. p. 38. Pars prima Theologiae, quae est de Fine Theologiae ultimo, tam obiectivo, quam formali. Locus I, de Fine obiectivo. p. 102. Locus II, de Theologiae Fine formali, qui est Beatitudo aeterna. p. 263. Partis generalis secunda pars, de Theologiae Subiecto. p. 337. Locus I, de Creatione. p. 338. Locus II, de Angelis bonis. p. 420. de Angelis malis. p. 444. Locus III, de Creatione Homini ad Imaginem Dei. p. 475. Locus IV, de Peccato. p. 513. Partis generalis pars tertia, de Principiis & Causis Salutis. Locus I, de Praedestinatione, sive Electione aeterna. p. 557. Locus II, de Christo. Pars prior de Persona Christi. p. 637. Altera pars, de Officio Christi triplici. p. 734. Locus de Fide iustificante. p. 765. de Iustificatione. p. 817. de Sacramentis in genere. p. 861. de Baptismo. p. 901. de Coena Domini. p. 933. de Magistratu Politico. p. 976. de Coniugio. p. 1020. Theologiae pars specialis. Prolegomena. p. 1075. Partis specialis pars prima, de Nomine Ecclesiae. p. 1078. de Natura & Definitione Ecclesiae. p. 1088. de Distinctionibus Ecclesiae in univalem & particularem, visibilem & invisibilem. p. 1205. de Proprietatibus Ecclesiae. p. 1221. de Notis Ecclesiae. p. 1249. de Subiecto Ecclesiae. p. 1286. de Capite Ecclesiae, Christo. p. 1296. Vtrum, praeter Christum, aliud detur Ecclesiae visibile caput? p. 1311. de Plantatione Ecclesiae per Apostolos, & speciatim de Apostolis, eorumque Vocatione. p. 1339. de Ecclesiae iam plantatae conservatione & gubernatione. p. 1363. de Ecclesiae conservatione & gubernatione post Apostolorum tempora, & speciatim de Ministrorum Ecclesiae Vocatione. p. 1387. de Potestate Ecclesiastica. p. 1406. de Potestate Ecclesiastica externa. p. 1438. de Malis, quae Ecclesiae adverfantur, & speciatim de Haeresi. p. 1463. de externis Causis Ecclesiam affligentibus eamque subvertentibus. p. 1495. de Mediis & Causis Ecclesiam conservantibus. p. 1505. de Novissimis. p. 1523. de Resurrectione Mortuorum. p. 1530. de Iudicio extremo. p. 1533-1549. Ex hac Inscriptionum serie apparet, quod alia sit in codice Ostermeieriano, quam in

c

meo,



meo, dispositio. Alia vero etiam nonnunquam est tractatio, & in illò quidem, minori descriptionis genere magnam partem consignato, vberior atque elaboratior, ad quam MVSÆI, qui haud dubie plus vice simplici Locos Theologicos praelegit, atque auditoribus in calamum dictavit, curae posteriores videntur accessisse. E diversa autem, neque vno eodemque tempore facta, tractatione, qua modo aliquid additum, modo omisum, propter ea forsàn, quae magis iudicavit scitu necessaria, ortum sine dubio est, quod vnus codex habeat, quo alter destituitur. Sic e.g. in Codice Ostermeieriano p. 407 movet quidem & excutit MVSÆVS quaestionem: Quo die plantatus sit Paradisus? frustra tamen in eodem quaesivi observationes, quae in meo codice p. 213sq sic leguntur: Dicitur Deus Gen. 11. 8. plantasse hortum Eden ab Oriente, & in eo collocasse hominem. Quo de horto variant auctores, & sunt nonnulli, qui existimant, hortum Eden, quem Paradisum vocant, non fuisse peculiarem locum amoenum, arboribus & fructibus exornatum, sed per illum hortum mystice significari in homine primo abundantiam quandam bonorum spiritualium, quae collata fuerit homini in statu integritatis, ut ita, hominem constitutum esse in horto Eden, idem sit, ac eum esse in summa voluptate, & omnium rerum spiritualium abundantia constitutum. Ita olim sensit Origenes & Valentinus haereticus. Sed haec opinio non est admittenda. Nam Moses h. l. agit historicum. Historici autem non est metaphorice, sed proprie loqui. Et praeterea etiam ex circumstantiis longe aliter apparet. Porro putant quidam, Paradisum quidem re vera fuisse locum amoenissimum, sed per eum denotari, dicunt, totum terrarum orbem, qualis quidem fuerit ante lapsum. Et hanc sententiam amplexus est nonnemo in hac nostra Saena, qui publice anno huius saeculi quinto docuit, nempe celebris ille historicus, Elias Reusnerus, cuius elegantissima Scripta adhuc extant. Statuit nempe is, quod per Paradisum nihil aliud intelligatur, quam hic terrarum orbis, qualis ante lapsum fuit, qui incultus & sine labore arbores, plantas, herbas, & omnis generis fructus produxit: quando autem Adam propter peccatum dicitur eiectus horto, non esse illud intelligendum de motu locali, quasi loco motus fuerit, sed quia per maledictionem amoenitas illa & fertilitas desit, & homo magno labore coactus est, terram colere. Verum haec opinio, utot probabilis videtur, admittenda tamen non est, quia manifestam vim infert textui: Deus enim dicitur plantasse hortum, & in eo collocasse hominem, ut illum coleret & custodiret: dicitur ita Adam horto rursus eiectus, & ita variis circumstantiis a Mose describitur, ut omnia haec mystice explicare, admodum durum sit. Denique alii putant, fuisse quidem locum partialem, sed extra hunc, quem nunc in-

column

colunt homines, orbem constitutum. Nam nostram terram, dicunt, undique cingi oceano, illum autem locum amoenissimum fuisse ultra oceanum constitutum. Sed neque haec sententia ullo nititur fundamento, idcirco etiam a nobis merito posthabetur. Plerorumque Doctorum sententia est, Paradisum fuisse locum in Oriente, & volunt nonnulli auctores, quod tractus ille Orientalis, qui dicitur in historiis Mesopotamia, cum circumiacentibus regionibus, fuerit ille locus amoenissimus, id quod probare volunt ex fluvio Euphrate, & aliis, qui circumstanti terram illam. Nobis videtur probatu difficile esse, quod regio hodie sit, in qua fuerit Paradisus. Nam ex fluviis illis non potest certum deduci argumentum, quia nullum est dubium, quin per diluuium universale etiam ipsa flumina alios meatus acceperim, ut ita sciri non possit, an fluvius ille Euphrates sit, qui ante lapsum dicebatur Phrat. Huiusmodi observationes ex antiquitate, philologia & historia sanctiori adornatae in opere hoc Musaeano passim occurrunt, quae ad dogmata rite declaranda vtiliter & cum iudicio adhibentur. Optassent multi, ut ipse auctor istud in lucem protraxisset, quod illum in animo habuisse, quae IO. IAC. MÜLLERVS ad BALTH. BEBELIVM d. 19 Aug. 1669. Ienae (49): *Ille noster (MVSAEVS) nunc in eo est, ut Tractatum suum de Ecclesia auctiorem propediem inuolget: post illa editionem Locorum Theologicorum omni contentione procuraturus*; CHRISTIAN. FRID. KNORN ad eundem BEBELIVM Osterod. d. 20 Mart, 1678: *MVSAEVM in amplificandis edendisque Locis suis Theologicis Ienae totum audio occupatum, scripserunt (50), testantur. Si spes affulgeret, fore, ut huic Operi Musaeano edendo aliquis manus admoveat, isque velit codices conferre, ego pariter ac OSTERMEIERVS nostros ad hoc institutum exequendum sponte offerimus.*

EIVSDEM *Theses Theologiae in Collegio privato ad disputandum propositae ac ventilatae in Academia Ienensi Anno 1671. Disputatio I. est de Natura & Constitutione Theologiae. II. III. de Principio Theologiae. IV. de Fine Theologiae obiectivo. V. VI. de Attributis Dei. VII. de Deo ratione Personarum considerato, & rel. Seriem Disputationum spisso hoc volumine contentarum in fine scripsit b. Parens meus. Is addidit quoque copiosum valde Discursum, ut vulgo vocant, ipso libro fere maiorem, in quo obiectiones, responsiones, aliaque notatu digna reperiuntur.*

EIVSDEM *Quaestiones de Syncretismo. A me manu Parentis scriptae asservantur.*

c 2

EIVS-

(49) Vid. Delic. Epist. p. 368.

(50) Conf. loc. cit. p. 409.

EIVSDEM *Controversiae*. Vastum implent volumen, cui insunt
I. Controversiae cum Pontificiis, quibus finitis Parens meus *Notata quaedam ex discursu Magn. Dn. D. Iob. Musaei super Dissp. contra Pontificios* subiunxit.
II. Controversiae cum Calvinianis, quibus *Discursus a Magnifico D.D. Praefide adiectus, ad obiectiones contra Theses conscriptas*, additur. **III. Controversiae cum Socinianis**, quibus itidem copiosus *Discursus a patre meo adiunctus*.

EIVSDEM *Disputationes Anti-Calvinianae privatim traditae & sub eiusdem (MUSAEI) praesidio ventilatae* 1669. Possidet eas OSTERMEIERVS. FRIDEM. BECHMANNI *Loci Theologici in Collegio privato Ienae* 1671 traditi. Et hic manum Parentis video.

EIVSDEM *Praelectiones in Augustanam Confessionem*. Ab OSTERMEIERO possidentur.

GEORG. GOEZII *Homileta, sive de formandis sacris Concionibus libellus*. Reperitur in Bibliotheca Ostermeieriana.

IV.

IVSTVS LIPSIVS Ienae quondam Professor.

Iliada post Homerum canerem, si de magni huius Icti, Critici, Philologi, Antiquarii, Historici vita, fatis, scriptis, moribus, AVB. MIRAELI (51), IO. MEVRSII (52), VALER. ANDREAE (53), FRANC. SWEERTII (54), MELCH. ADAMI (55), & plurium, eorum praefertim, qui de Professoribus Ienenibus data egerunt opera, relationes, hac vice vel copiose repetere vellem, vel amplificare studerem. Ne de personato ADOLPH. CLARMVNDI (I.C. RVDIGERO) dicam, qui in *Vita LIPSII* (56) multa quidem congestit, sed, more suo, variis in rebus errores commisit. Quare, pro instituti ratione, solum istud attingam momentum, quo inter Professores publicos Ienenses locus ei olim fuit concessus. Negasse istud quidem, annotante, praeter alios, IO. MVLLERO (57) dicitur.

(51) Huius extat *Vita LIPSII*, Antv. 1609 8, quam SWEERTIVS loc. citand. p. 499 accurate & docte descripsit, am pronuntiat.

(52) Athen. Batav. p. 109 sqq.

(53) Biblioth. Belg. p. 599 sqq.

(54) Athen. Belgic. p. 498 sqq.

(55) Vit. Philosoph. p. m. 465 sqq.

(56) Vit. clariss. in re literaria Viror. P. I. p. 85 sqq.

(57) Atheism. Devict. p. 45. Conf. CLARMVNDVS loc. cit. p. 921 q. vbi copiose narrat, quod LIPSIVS officium Ienense omnino inficiatus sit, Ienam ipsi in memoriam revocantibus successerit, etsi seipsum ibi Magistros creavit. Quasi vero non honori

dicitur; sed non negare auri sunt Belgae, siquidem diserte scribit SWEERTIUS (58): *Ienae apud Saxones professionis publicae ac doctrinae suae Specimen dedit*; ANDREAS, iisdem vsus verbis (59): *Professionis publicae ac doctrinae Specimen dedit Ienae apud Saxones*; MEVRSIUS (60): *Ienae paulo plus annum haesit & docuit*. Vnde non dubitarunt etiam ADAMVS (61), ad Philosophos Germanos eum haud dubie re-rens ideo, quoniam Musis Ienensibus aliquandiu interfuit, IO HAL- LERVORDIUS (62), & plures alii, istud asserere. Mirum quidem videri poterat, quod in omnibus ipsis elogiis, quae magno numero ADRIAN. PARSIVS (63), TOB. MAGIRVS atque CHRISTIAN. WIL- HELM. EYBENIUS (64) congesserunt, ne vnica quidem vice Ienae fiat mentio. Sed & hinc non evincetur, quod Athenae Salanae eum nunquam habuerint Professore, cum illa tendant potius ad magnam, quam in Belgio potissimum sibi pepererat, famam, & scriptis quidem praefertim, quae nondum ediderat, cum aetate non adeo provectus Ienae doceret. Quamvis itaque non fuerit diu Ienae, fuit tamen, at- que in hac Academia munus doctoris publici administravit. Et quo- modo potuit hoc in dubium vocari, cum proferent Orationes octo, quas ibi habuit, a THOMA SAGITTARIO primum editae, deinceps cura IO. HENR. KROMAYERI recusae? Contra solem itaque locutus est LIPSIUS, cuius negatio, omnium firmissime e commentariis Acade- micis haud dubie falsitatis convincenda, ortum videtur traxisse e Ger- manorum, apud quos se commoratum esse, sibi forsitan non satis putavit honorificum, contemptu, a quo nonnulli (absit, vt de omni- bus istud affirem!) Belgae etiam non fuerunt plane immunes. Iena itaque habuit LIPSIUM; & habuit, de quo potissimum ei gratulan- dum est, sacra Lutherana professum. Valde quidem, etsi singularem de Constantia librum conscripserit, inconstans fuit in religione, quam ad regiones & vrbes, in quibus vixit, conformavit, dum Ienae fuit

Luthe-

e 3

nor; potius, quam ignominiae sibi ducere potuerit, quod in tam celebri Academia egerit Professore. Ob Polygamiam Iena eiectus a WERNSDORFIO Comment de Indifferentism, Relig. p. 50. dicitur. Hinc fortasse illae lacrymae. Hinc illud odium in Ienam, quae eum tamen ex itinere Ger- manico in patriam bello afflictam redire

dubitantem benigne suscepit, officioque publico ornavit.

(58) loc. cit. p. 499. (59) l. c. p. 600.

(60) l. c. pag. 111.

(61) loc. cit. p. 468.

(62) Biblioth. Curios. p. 225.

(63) Ind. Batavic. p. 138 sq.

(64) Eponymolog. Crit. p. III. 517 sqq.

Lutheranus, Lugduni Batavorum Reformatus, Lovanii Pontificius, ideoque a WERNSDORFIO (65), FECHTIO (66), & pluribus Theologis (67), in numerum Indifferentistarum relatus, siquidem omne inter religiones discrimen inficiatus est, & cunctas, dummodo sint Christianae, pari passu ambulare, sibi persuasit. Fateri istud non est veritus, cum veteri in Academia Ienensi Collega, CONRADO SCHLVSSELBVRGIO, Lugduni Batavorum collocutus. Scriptum (68), quo istud memoriae prodidit SCHLVSSELBVRGIVS, cum hodie ad rariora polemica pertineat, ipsa dabo SCHLVSSELBVRGII verba (69): "Wie ich Anno Christi 1582 in meiner Wiederreise von Antorff ihn (Lipsum) auff der Universitat Leiden, da er Professor war, besuchet, als meinen alten Freund, und ihn fragete: Wie er es doch könnte verantworten, das er wäre von der wahren Religion, zu welcher er sich zu Jebra An. 1572 bekannt, abgefallen, und hätte den Herrn CHRISTVM verleugnet und verlassen? Darauf gab er mir in seinem Hause, in Gegenwart M. Henrici Latomi, gewesenen Predigers zu Antorff, diese Antwort: Mi Schlüsselburgi, alter Freund und Collega: Ich habe den Herrn CHRISTVM nicht verleugnet, noch verlassen, ob ich wohl alhie mich zu D. Luthers Lehre nicht bekenne, und mit den Calvinisten umgehe. Denn *omnis religio & nulla religio (70) sunt mihi unum & idem. Et apud me Lutherana & Calvinistarum doctrina pari passu ambulant.* Darauf erschrock ich und sprach zu ihm: Mein lieber Lipsi! Wo ihr bey solcher Meinung bleibet, so werdet ihr übel fahren, & rel. Iena itaque merito laetatur, quod paradoxum in nonnullis, magnum tamen in multis, hunc virum habuerit, cordato Theologo, laudato SCHLVSSELBVRGIO (71), idonea fide testante, eo tempore, da er ein eifriger Lutheraner war, und mit seinem Eide bekräftigte, das er D. Lutheri Lehr, für die einige, ewige, Göttliche Wahrheit hielte. Vtinam in hac mente perseverasset!

(65) loc. cit. p. 50.

(66) Hist. & Exam. Theol. Indifferentist. p. 16.

(67) MULLERO loc. cit. SAM. POMARIO Lehr- und Schutz-Schr. wider den Guttmann. Offenbahr. Patron. P. I. p. 610.

(68) Antwort und Erklärung auf die

Schmeiche Karten D. Christoph. Pelargi. Rost. 1616. 4.

(69) pag. D. iij. 2.

(70) Haec verba dederunt forsitan nonnullis occasionem Atheismi cum habendis suspectum.

(71) pag. D. iij. 1.

aid al f'aintaxca idd mado ill V. uiv mactat boup, antiderim ovy
SEBASTIANVS NIEMANNVS, Lubecensis,
Theologiae Professor Ienensis & Superintendens.

Omnibus Lubecae ordinibus, qui viros literatissimos postulant, Iena longa annorum serie multos dedit tam egregie formatos, omnique disciplinarum genere imbutos, vt Vrbi valde profuerint, hodieque profint, commoda eius amplificarint & nostra aetate amplificent, ornamentis eius iure meritoque accensendi. At Lubeca vicissim concessit Ienae virum, qui decori ipsius & famae magna dedit incrementa, ad Academiae Salanae lumina idcirco referendus. Is est SEBAST. NIEMANNVS, Lubecae natus, in quo Iena (72) habuit Theologum cum excellentissimis comparandum, sinceræ doctrinae contra KEDDIOS, MASENIOS, alios, strenuum vindicem, qui bella Domini fortiter gessit: Philologum praestantissimum: Philosophum peritissimum: Historicum, qui annales rerum in sanctiori republica gestarum tam sedulo tamque accurate excusserat, vt alios hanc quoque scientiam magna cum laude magnoque cum fructu docere potuerit. Haec dum scribo, non abrior affectu amoris, siquidem beatus Parens meus eum quoque veneratus est inter praeceptores suos, quod e Philotheca eius intelligo: non moveor iudicio, quamvis solidum istud invenerim, IO. DIECMANNI, Theologi πολυμαθῆς, supremi sacrorum Praefulis Bremensis ac Verdenfis, quem olim in Examinibus sacri officii Candidatorum publicis saepius audiui NIEMANNI, doctoris sui, ἀμφοτέρων, peritiam, ingenii monumenta, (ad quae non raro solebat provocare, iisdemque magna tribuere elogia), dexteritatem, industriam, valde praedicantem. Sola enim ipsius Scripta sunt ita comparata, vt iisdem satis queam effatum meum tueri. Recenserem ea & plura afferrem, quae NIEMANNO ad laudem valent immortalem, si alii hoc labore nondum essent defuncti. Nominabo ex his modo tres, qui poterunt sufficere. Hi sunt IO. MOLLERVS (73), IO. CASP. ZEVMERVS (74), ac BALTH. MVNTERVS (75), qui de rebus ac scriptis Niemannianis vberius sunt commentati. Quis vero


(72) Conf. RVD. AVG. BENED. THAVERI *Gloriam Academiae Ienensis* (Esford. 1744. 4), vbi p. 13 NIEMANNVS honoris causa nominatur inter eos, quibus haec Academia gloriam suam potissimum debet.

(73) Cimbr. Literat. T. I. p. 464 sqq.

(74) Vit. Theol. Ien., vnde NIEMANNI Memoria repetita est ab HENR. PIPPINGIO in Memor. Theolog. Dec. I. p. 1349q.

(75) Dec. I. Lubecens, extra Lubecam claror. p. 11 199.

vero mirabitur, quod tantum virum alii etiam sibi exoptarint? In his erant Cimbri, quibus ingens oboriebatur gaudium, cum perciperent, se nacturos esse NIEMANNVM sacris primo loco praeficiendum. Praefectus iisdem est cum summa Praefulis Slesvicensis dignitate, qua sic effulsit, sic meritus est, vt cum Ienenfes, NIEMANNI sui nondum obliiti, eum mortui Theologi primarii, IO. MVSAEI, spartam, quam haud dubie ornasset, capeffere, optarent, Cimbri ipsum sibi vindicare mallerent, quam aliis porro permittere. Vnde etiam in Cimbria vitam cum morte commutavit. En! Lubeca, quantum decus produxeris, dum produxisti NIEMANNVM. Quanta sunt merita tua in Academiam & Ecclesiam Ienensem, in Cimbriam, dum illis optimorum filiorum tuorum haud postremo concessisti!

Quemadmodum  vero non est dubium, quin hic Lubecensis Ienae, vbi magna cum laude vixit & docuit, in Hofatiam inde vocatus, fausta quaevis precatus sit; ita nos quoque in vrbe Lubecensi candide vovemus, vt non hoc Iubilaeum modo bene ac feliciter Ienae eveniat, sed per omne etiam tempus reliquum cuncta eidem prospere ac salutariter succedant. Sunt hodieque (plures olim fuerunt) in Collegio nostro, qui Ienensem Academiam studiorum gratissimi agnoscunt matrem, eidemque idcirco optime cupiunt. Nos reliqui cum eorum votis nostra lubentissime coniungimus. Omnes idcirco sincere optamus, vt Iena floreat, vt maximum eius decus, Academia, conservetur, vt excellentissimorum doctorum, almam Salanam mirifice ornantium, ope, studio, labore, optimae literae maiora semper capiant incrementa, illique nullo non tempore valeant prosperrime. IAC. SCHALLERVS, Professor quondam Argentoratensis, in Epistola (76) ad BALTH. BEBELIVM inter alia scripsit: *Ego per totum vitae meae tempus nullibi beatius vixi, quam Ienae.* Faxit Numen benignissimum, vt Ienenfes omnes, & DOCENTES & DISCENTES, non his modo diebus Iubilaeis, sed secuturis etiam, diutissime vivant beate, imo beatissime!

(76) Scripta est Argentorati d. 8 Dec. ferta, vbi citata verba p. 113 leguntur.
1655, & a me Philocaliae Epistolicae in-

Pon Yc 476


ULB Halle 3
005 579 49X



WD 78







34

IENENSIA
NOTATV DIGNIS OBSERVATIONIBVS
EXPOSITA.

ILLVSTRI
ACADEMIAE IENENSI,
IVBILAEVM

A. MDCCLVIII. D. II. FEBR. ET SQQ.
CELEBRANTI,
CANDIDE GRATVLANDI STUDIO
OBLATA
A
GYMNASIO LVBECENSI.

INTERPRETE
IO. HENR. A SEELEN,
SS. THEOL. LIC. ET GYMN. LVBECC. RECT.

LVBECAE.
TYPIS IO. NICOL. GREENII,
MAGN. SENAT. TYPOGR.

34